

1127

C O D I C E S

1128

Pag. 293. *repromissionis largitione.*294. *per eam civitatem.**primus ex gentibus.**jacebat in mortem.**primo viro suaserat.*295. *elegit duodecim discipulos.**ut prædicatio salutaris non jam in una tantum gente, sed orbi terrarum prædicaretur.*296. *nisi poenæ submitteret.**repromissione largitionis.**ad eam civitatem.**primus ex gentilibus.**jacebat in morte.**prima uiro suaserat.**elegit XII. apostolos.**ut credentibus uia ostenderetur salutis, nec iam in una tantum gente, sed in toto orbe terrarum predicaretur.**nisi pene submitteretur. Glossa: seu se submitteret.*

Quarto et ultimo Opusculo continuo adscripta est Series Definitionum et Axiomatum metaphysicorum de Unitate et Numero, Substantia, Loco et Tempore, quae

an $\lambda\epsilon\psi\alpha\nu\alpha$ Boethiana sint, ignoro. Interim Librarius hac clausula complexus est omnia: *Explicit boecius De Sancta Trinitate.*

Ultima pars libri deposcit premia nummi.

II. fol. 31. succedunt *Tbreni Jeremiae Prophetæ* præmissis Prothematibus, ut habentur in *Bibliis glossatis*, Textu in medio luculente et laxè scripto, et utraque *Glossa* minutius circumfuso, in qua *Paschasius Rab.* magnam paginam facit. Sub extremum Nugator quidam adseripit: *Probatio penne saltatio domicelle*; satis opportune ad Lamentationes.

CCCCLIX.

11. 536 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 55. 4. min. nitidissime exaratus lineis ad recipiendas *Glossas* minuscultas inter se distantibus, et *Scholiis* eodem nitore margini adpietis, quondam *Joh.*

Fabri Ep. Vindob. continet *Anicii Manl. Torq. Sev. Boethii Opuscula Theologica*, prout præter alias extant in Editionibus Opp. omn. *Basileae* 1556 et 70. f. et *Lugd. Bat.* 1671. 8. Inscriptio prima, ut reliquæ omnes, literis quadratis: *Incipit Liber Boethii Quomodo Trinitas Unus Deus Ac Non Tres Dii. Ad Quintum Aurelium Symachum. Illustræm Virum. Consulem. Ex Consulari Ordine. Atque Patricium. Socerum Eius. Prologus init: Inuestigatam diutissime questionem quantum nostræ mentis igniculum &c. Liber vero: Christianæ religionis reuerentiam plures usurpant &c. Letio in paucis ab ita *Lugd.* Ita sub finem: *satis factum pro satis dictum,**

Sum, item recte discussa pro decursa; Glossae interlineares plerumque aptissime illustrant sensum, atque idem praestant Scholia marginum, quae Autorem in Philosophia, Theologiaque probe versatum, neque linguae graecae profusus ignarum probant, quamvis Graeca ab Librario saepe corrupta sint. Horum porro *παρρηγοίων* nemo eorum, qui haecenus in *Boethio* elaborarunt, notitiam habuisse videtur.

Fol. 13. p. 2. Anitii. Manilii. Seuerini. Boetii. Viri Clarissimi. Et Illustris. Ex Consulari Ordine. Patritii. Ad Johannem Diaconum. Vtrum Pater. Et Filius. Et Spiritus Sanctus. De Divinitate Substantialiter Predicentur. Notat ad Johannem Scholiastes: *Johannes iste postea papa fuit. ut beatus gregorius in dialogorum libris commemorat. qui eciam cum symacho patricio a theoderico rege interfectus est. Vnde et ipse theodericus post uitę terminum, ut quidam heremita suis ipsis aulicis innotuit, missus est a iohanne papa et symaco patricio in ollam iulcaniam.* Igitur Libellus: *Quero an pater et filius &c. ut edit. Lugd. p. 281.* atque integer et satis castigatus est.

Fol. 16. Item Eiusdem Ad Eundem. Quomodo Substantiae In Eo Quod Sunt Bonę Sint. Cum Non Sint Substantialia Bona. Initium: Postulas ut ex ebdomadibus

nostris &c. ut edit. Lugd. p. 284. quacum probe consonat. Ad maiorem claritatem *Regulas IX.* quas mox ab ingressu stabilit *Boethius*, Codex noster cum edit. *Basil.* numeris distinguit. Vocibus illius terminos *regulasque* imposita est glossa: *id est heras*, ad quam Scholiastes ita commentatur: *Hera domina. Here uocantur capitula in principio libri posita eo, quod dominantur subsequenter. Heras etiam uocamus numeros, quia secundum numerum capitula in principiis librorum ponuntur. Alias Aera, quam uocem in nova Edit. Glossarii Ducang. consule.*

Fol. 22. absque omni titulo, continuo adscripta est priori Libello Commentatio, quam novit *Sec. XV. Tritemius*, et *n. 201.* Librum de Fide ad Johannem Diaconem compellavit, nos vero debemus *Renato Vallino*, qui eam e 4. *Mss.* protraxit, et edidit *Lugd. Batav. 1656.* hoc Rubro: *Breuis Fidei christianae Complexio.* Qui factum sit, ut et ille, et nos eam reperiremus continenter et absque ullo intervallo, vel titulo ad praecedentem Libellum, quocum nulla ratione cohaeret, adscriptam, ego quidem non dispicio. Interim non in omnibus *Mss.* adiunctam fuisse, vel Editiones *Venetae* et *Basileenses* testatum faciunt. Jam vero, cum illam non nisi ex una *Vallini* editione habeamus, totam iuvat contendere.

Editio Lugd. 1671.

Codex noster.

Pag. 289. *significaverit ad futurum.**quem tradimus.
ante omne.**ut Deum dicat.
confitetur fides.**ideo nulla natura.
procedentem et filio.
Quis sit tantum.*290. *sibi tantum conscia.
ne iam extitisset.*291. *vocantur angelicae.
Omnis divina.**Ut non illi possit.*292. *a Paradisi sinu.**quam ipse exceperat.
a consortio suo mox.**conditoris gratia seque-
straret.**interire permisit.*293. *dudum diluvii unda.**Et qui per numerosam.
multitudo concrevens.
coeperunt esse suspicio-
ni.**duatore Moysè et Aa-
ron.*295. *habitationi sustolleret.*296. *salutis suæ afferret.**ut credamus non solum.
futura beatitudine repa-
rari.**tantam duntaxat quan-
ta a creatura.*

Est, ubi Codicem, est, ubi Editionem audias, est, ubi animi pendas. Illud addo, nec huic Opusculo egregio Glossas et Scholia deesse, quibus Vallini Exempla caruisse videntur.

*signauerit adfuturum.**quem credimus.
ante omnia.**ita, ut Deum dicat.
fides glossa.**ideo in illa natura.
uel filio perperam.**Qui sit tamen.**sibi tamen conscia.**ne iam extitisse, glossa crederetur.
uocatur angelica.**Omnis enim divina.**Ut non illic possit.**a Paradisi sine.**quam ipse exceperit.**a consortio sui mox.**conditor gratiæ sequestraret.**perire permisit.**dudum unda.**Et qui numerosam.**multitudo succrescens.**coeperunt subjici.**auatore Moysè et Aaron.**habitatione sustolleret.**salutis afferret.**ut credat non solum.**futura de beatitudine reparari.**tanta duntaxat quanta creatura.*

Fol. 30. p. 2. Boetii Adversus Nestorium. Pro Persona Et Natura. Subpletur in margine Et Eutichen. Domino Suo (Sancto?) Ac Venerabili Patri Johanni Diacono. Boetius Filius. Initium: An-

xie

xie te quidem diuque sustinui &c. ut edit. Lugd. p. 298. Expendi Prooemium et sequentia observo. Malo cum Codice novitate percussus quam percussus, et mox: multum scilicet referre ratus, nec (edita intrudunt puto) inertem negligentiam praetereundum. Dein: unum mihi maxime subiit admirandum, ubi edita unde mihi &c. Istud tamen etiam in Codice instar glossae adponitur. Item: quasi non deterior fiat inscientiae causa, dum tegitur, ubi edita rō non subprimunt. Praeterea tam Codex quam Editio legunt: postulo remitti meis exemplaribus, ubi manifeste cum desideratur. Erravit demum Glossator noster, dum Episcopum scriptorem Epistolae, de qua in Conventu disceptabatur, Flavianum CPolit. putavit, qui obierat a. 449. Agitur de longe recentiori Epistola Orientalium ad Symmachum Papam, eaque, quam ad an. 512. recitat Card. Baronius T. VI. Annal. Eccl. Atque haec sufficient ad Codicem hunc ulteriori Studioforum examini commendandum. Peccat ille cum omnibus Editionibus etiam in ultimo verbo perscribit, pro quo certe rependum praescribit.

Jam vero quid faciemus tribus Fragmentis, quae superiori Libello continuo, atque eodem calamo adscripta sunt? Primo exponuntur tria Vocabula graeca corrupta, quod sic lego: *Andys* quippe dicitur, hoc est, ut paulo superius expositum, absque deliciis. uel absque uoluptatibus. uel insuauitas. Item *Λορν* uocatur, cuius interpretatio

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

est tristitia. uel meror. uel luctus. Αχος quoque solet appellari. hoc est desperationis grauitas. Quae quo referam, nescio, nisi de aeterna damnatione, aut inferno intelligenda sint. Alterum sic habet: Ineffabilem et incomprehensibilem diuinae bonitatis inaccessibleemque claritatem omnibus intellectibus siue humanis siue angelicis incognitam. superessentialis est enim et supernaturalis. eo nomine significatam crediderim. Quae dum per se ipsam cogitatur. neque est. neque erat. neque erit. in nullo enim intelligitur existentium. quia superat omnia. Dum uero per condescensionem quandam ineffabilem in ea quae sunt mentis obtutibus inspicitur. ipsa sola inuenitur in omnibus esse. et est. et erat. et erit. Dum incomprehensibilis intelligitur per excellentiam. nichilum non immerito uocatur. At uero in suis theophaniis incipiens apparere ueluti ex nichilo in aliquid dicitur procedere. et quae proprie super omnem essentiam existimatur. proprie quoque in omni essentia cognoscitur. Ideoque omnis uisibilis et inuisibilis creatura theophania id est diuina apparitio potest appellari. Nec Dionysius sic dictus, nec alius Graecorum Patrum significatum της Θεοφανίας, quod sciam, huc extendit; ob praedicatum tamen bis de Deo Nichilum subolet mihi Gilbertus Porretanus ex Ottonis Frising. de Gest. Friderici I. L. I. c. 52. Tertium Fragmentum est pia mentis ad Deum elevatio, quasi cuiusdam Operis ἀνακεφαλαίωσις: O nostra salus atque redemptio, qui de-

B disti

1135

C O D I C E S

1136

disti naturam, largire et gratiam. Prætere lumen tuum in umbris ignorantie palpitantibus, quærentibusque te. Reuoca nos ab erroribus. Porrige dexteram tuam infirmis, non ualentibus te sine peruenire ad te. Ostende te ipsum his, qui nil petunt præter te. Rumpes nubes uanarum fantasiarum, quæ mentis aciem non sinunt intueri te, eo modo, quo te inuisibilem uideri permittis desiderantibus uidere faciem tuam, quietem suam, finem suum, ultra quem nil appetunt, quia ultra nichil est, summum bonum, superessentiale. Non reperi in Soliloquiis, Meditationibus, Manuali &c. quæ Augustini, Anselmi, Bernardi nomine feruntur. Quid igitur, si Boetii forent $\sigma\omega\lambda\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$, quem plura lucubratum constat, quam quidem ad nos peruenire? Verba recitata: qui dedisti naturam, largire et gratiam, ingerunt animo ea, quæ Petr. Bertius in Praef. ad edit. cit. pluribus arguit, quinque uidelicet Libris de Consolatione Philosophiæ addendum a Boetio fuisse Sextum, qui consolationis argumenta sublimiora e Doctrina Christi peteret.

CCCCLX.

U. 537 Codex membræneus lat. Sec. XIII. Folior. 36. 4. nitide, sed multis pro Scholasticorum more compendiis exaratus, et quondam Icti nostri J. Alex. Brassicani, dein Episcopi Job. Fabri $\kappa\tau\eta\nu\alpha$ Commentarios in mox relata Opuscula Boetii continet autore Gilberto de Porreta acutissimo Viro,

inter quatuor Galliae Labyrinthos censo, et Picavii Patriæ suæ usque ad an. mortis 1154. Episcopo, qui in Edit. Basil. 1556. post singula Opuscula sunt impressi. Atque cum his contulimus Exemplar nostrum, integrumque deprehendimus usque ad Opusculum IV. ante cuius medium Librarius manus sustulit in iis verbis: *per quam usu multorum dicimus diuersam esse naturam* — —, quæ leguntur edit. cit. 1556. p. 1231. Innotuit autem: *Libros questionum anitii quos exhortationibus precibusque multorum suscepimus explanandos &c. Particulæ Textus Boetii columellis distinguuntur. Quæ graeca adferuntur, literis latinis expressa sunt. Lectio valde adcurata est. In Prooemio tamen universali emendo penitus strangulare pro transgulare, in Prooemio L. I. Codex quidem habet in cenis Sophistarum, sed præferendum, quod legunt Edita, in scenis, cum mox fiat Menandri mentio; in fine tamen Prooemii L. III. melius uideri possit e Codice: *intelligentiam ejus adduxit, quam admisit.* &c. In Fidei Professionem Boetii non uideatur Gilbertus commentatus fuisse.*

CCCCLXI.

U. 275 Codex membræneus lat. Sec. XIV. Folior. 179. f. per duas columnas admodum minute, verum nitide descriptus et minio distinctus multa complectitur, quæ hoc ordine evolvuntur: I. *Incipit liber boetii de trinitate.* Puta IV. Opuscula: *Quomodo Trinitas est unus*